



## **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

2325. Klagepunkte der Böhmen und Mähren über den König Siegmund,  
namentlich auch rücksichtlich der ungesetzlichen Veräußerung der Mark  
Brandenburg, im Jahre 1421.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2324. Christoph Knobelsdorff zu Gändern bietet dem Markgrafen Friedrich gegen die Niederländischen Fürsten und den König von Polen, falls der Markgraf zum Kriege mit diesem käme, seine Dienste an. (1420).

Irlavchtir Hochgeborner furste, gnediger here. Meynen willegin vndirthenigen dinst ewern gnodin alle czeit bereit. Gnediger Herre, mir ist galagit, ewer gnode sey ane ende vff dessin tage von den nedirlendischen furstin gescheidin vnd get auch die gemeine rede, ewer gnode fulde mit en czu krige komen vnd der konig von polan fulde sich kegin ewer gnodin mit holffe bey sy setezin. Wer is, daz ewer gnode mit dem konige von polan czu krige qweme; so lasse ich mich donkin, ich wolde ewere gnodin notze seyn vnd daz williglich thun werde, den ewer gnode mich doczu notezin wollin, so losse mich ewer gnode ee ebesser wissin, so welde ich czu ewern gnodin komen vnd ewer gnode vndirrichtin, waz mein vffatez wer. Worde is ewern gnodin den gefallin, so welde ich ewern gnodin williglich dorynnen dinen vnd mit trawen gegeben vndir meyne Ingefegel

Cristoff knobildorff, ytezunt czum gander.

Dem Irlauchtin hochgebornen furstin vnd herren  
hern frederich Margrafe czu brandinborg vnd  
borkgrafe czu Noremburg, meinen gnedigin hern.

Mittheilung des Herrn Premierlieutenants von Knobelsdorff nach dem Originale des Geh. Staatsarchives.

Das mit keinem Datum versehene Schreiben gehört allem Anscheine nach in die Zeit, welche der Einnahme von Angermünde zunächst vorherging.

2325. Klagepunkte der Böhmen und Mähren über den König Siegmund, namentlich auch hinsichtlich der ungesetzlichen Veräußerung der Mark Brandenburg, im Jahre 1421.

1. Imprimis, quia Magistrum Joannem Hus, sub salvo conductu, duplici lingua descripto, damnari ad mortem permisit: Immo ipsum primus ore proprio, in Majestate sedens, condemnavit, in gravem injuriam & offensam & linguam Bohemorum.

2. Quamvis omnes schismatici & obstinati heretici ab Ecclesia habuerint plenam libertatem in Constantiensi Concilio: Ipse tamen malum malo accumulans, contra honorem Regni nostri & omnem ordinem & contra salvum conductum Pape atque ipsius Regni, univ[er]sis datum & concessum, alterum, scilicet Magistrum Joannem Hus, comburi fecit & damnari.

3. Quia in predicto Concilio Christianissimum Regnum Bohemie pro heretico injuste damnari permisit & cruciatam plena injuria contra Regnum predictum erigi, ad ipsum destruendum & delendum.

4. Quia his non contentus, nuper in Uratislavia, jussit eandem publicari & proclamari, universo Regno Bohemie in intolerabile dedecus, damna plurima & offensas.



5. Quod omnes circumfitas regiones & Principes, cum predicta cruciata & damnatione injusta, contra dictum Bohemie Regnum convocavit & irritavit & in propria persona ipsos destructores & devastatores Regni induxit & induci demandavit.

6. Quia predicti Principes & exercitus, sic in Regnum Bohemie inducti per ipsum Regem, injurias exercuerunt, combustiones villarum, civitatum vastationem & hominum utriusque sexus, scilicet virorum & mulierum ac parvulorum fecerunt exustiones virginumque dolendas stuprationes & mulierum intolerabiles devastationes.

7. Quia constitutus nuper in Vratislavia, quendam civem Pragensem, propter solam venerabilis Eucharistie sub utraque specie communionem, jussit equis trahi & comburi, in dedecus Regni Bohemie innocentis.

8. Quia plurimos cives Vratislavienses, propter culpas in pie memorie Regem Venceslaum commissas & dimissas, decollari fecit & multos expelli & taxari.

9. Quia Marchionatum Brandenburgensem, gravi labore Imperatoris & Predecessorum nostrorum virorum sanguine conquistum, a Regno Bohemie alienavit & Marchiam, absque nostro consensu, in magnum damnum & debilitationem Corone & Regni, predictis alienigenis obligavit atque liberaliter donavit.

10. Quia Coronam, qua Reges nostri coronantur, in maximum damnum & dedecus Regni Bohemie, sine Consensu communitatis Baronum & civitatis Pragensis, Militum, Clientum & omnium communitatum, injuriose abstulit, contra suum promissum & ordinem Regni supradicti.

11. Quod Thesauros innumerabiles Regni, quos predecessores nostri, devotione pia, ad honorem DEI & Sanctorum Patronorum Bohemie & profectum Ecclesiis deditos & attributos, & presertim a Castro Pragensi & Karlstein & variis claustris & Ecclesiis per Regnum, abstulit. Et thesauros plurimos in Castro comportatos, violenter rapuit & extra Regnum educi procuravit, in damnum intolerabile Regni Bohemie & injuriam ejus & debilitationem.

12. Quod ipsum Regnum Bohemie per libellos famosos, plenos falsitate & injuria, contra Regnum scriptos & destinatos, injuste & inique maculavit & dehonestavit: dicens false & impudice, fratrem cum sorore, filium cum matre & virum cum viro &c. nefanda dictu & cogitatu indigna, turpiter commisceri, in infamiam & dedecus omnium nostrum importabile. Cujus occasione fecte infamie quam plurime gentes & provincie contra Regnum sunt atrociter excitate.

13. Quia coram Principibus & Baronibus exteris Regni Bohemie Barones sepe deturpavit & dehonestavit, dicens, eos omnes esse proditores & nullum fidelem, in injuriam omnium nostrum & grave prejudicium.

14. Quod multos Barones & Milites Bohemie & Moravie, coram Vifsegrado ad mortem ire compulit & coegit & improvidentissima ordinatione ad mortem destinavit, in damnum Regni irrecuperabile atque gravamen.

15. Quod Tabulas Regni, absque consensu Regnicolarum, abstulit & abscondit,



& omnes pecunias pauperum, orphanorum & viduarum, circa tabulas depositas, contra jus & Regnum & ordinem Regni, abstulit & collegit.

16. Quod libertates Regni & jura nostra & Marchionatus, ab antiquis Regum Predecessoribus, liberaliter condonatas & conservatas, infregit & per omnia violavit.

17. Quod injustas exactiones, usque ad extremam exterminationem civitatum, villarum & omnium quasi subditorum, crudeliter & diligentissime exercuit: Ut in una civitate Montanorum, minus quam in anno medio, plus quam XXX. milla Sexagenarum extorqueret.

Nos igitur his injuriis lesi & offensi, optamus a predicto Rege, quatenus primum, omnem injustam injuriosissimeque extortam, atque iniqua infamie confictam damnationem & dehonestationem quam Christianissimo Regno Bohemie injuste & injuriose intulit, aut inferri procuravit & permisit, tollat, destruat, reformet & emendet, nec amplius damari nec dehonestari a quoquam patiatur.

Item, Quatenus Marchionatum Brandenburgensem & Marchiam Corone Regni Bohemie restituat, Coronamque Regni, qua Reges nostri coronari sunt soliti, ablatam a nobis, nobis nostroque Regno reddat, una cum auro & argento, a monumentis sanctorum & reliquiarum acceptis, ac thesauro Regni universo; Tabulas Regni & pecunias pauperum, viduarum & orphanorum, more terre juxta tabulas depositas & ablatas, cum universis aliis injuste ablatiis reponat vice versa, Regnaque & Provincias, quas contra nos provocavit, quietet & tranquillet, Juraque terre, comitum, Baronum & omnium Statuum, cum libertatibus, privilegiis custodiat & observet: sciens nostram finalem Intentionem, quod in quatuor articulis, quibus unanimiter consensimus & uniti sumus, volumus finaliter residere, Nisi fuerimus (quod non credimus) ex sacra scriptura melius informati; videlicet quod corpus & sanguis Domini, sub utraque specie, cunctis fidelibus per sacerdotes Domini publice ministratur. Secundo, quod verbum Dei sine impedimento ubique libere predicetur. Tertio, quod dotatio sacerdotum superflua a Clero debite abscindatur. Et Quarto, quod omne peccatum mortale, in quolibet fatu, legitime tollatur & destruat & quilibet in statu suo, juxta legem DEI, reformetur & reguletur, Quorum articulorum conclusio facta est, per nos in plena congregatione Baronum terre Bohemie & Moravie & Dominorum in clyte civitatis Pragensis, Militum, Clientum, Civitatum & Communitatum, in Czaslaviensi Civitate. Anno Domini M. CCCC. XXI. Sabbatho post Marcelli.